III. NEDJELJA PO USKRSU

Misni se obrazac ove nedjelje razlikuje od prvih dviju nedjelja po Uskrsu. U njima posve prevladava veselje. Ovdje se čuje i drugi ton. Krist je uskrsnuo i stoga pjesme na početku, iza poslanice i na prikazanju odjekuju radošću. Ali se još nalazimo u smrtnom tijelu i u opakom svijetu. Kao što je Kristova muka trajala »malo«, tako se i naša može označiti s drugim »malo«. A kako se treba vladati kroz ovo malo naših dana, govore nam danas molitva i Poslanica. Kad »plačemo«, dok se mnogi oko nas smiju, nije lako, ali će trajati »malo«. Preokret će nastati, kad Gospodin dođe po nas, kako već sada dolazi u sv. Pričesti (Prič.), da nas hrani i pomaže (popric.). Misa i pričest je put do one radosti koju nitko neće uzeti od nas.

INTROITUS Jubiláte Deo, omnis terra, allelúja: psalmum dícite nómini ejus, allelúja: date glóriam laudi ejus, allelúja, allelúja, allelúja. Ps. Dícite Deo, quam terribília sunt ópera tua, Dómine ! in multitúdine virtútis tuae mentiéntur tibi inimíci tui. Glória Patri.	ULAZNA Kličite Bogu, sve zemlje, aleluja! Pjevajte pjesmu imenu njegovu, aleluja! Proglasite njegovu slavu, aleluja, aleluja, aleluja. – Ps 65. Recite Bogu: Kako su silna tvoja djela, Gospodine! Zbog mnoštva tvoje snage laskaju ti neprijatelji tvoji – Slava Ocu... Kličite Bogu...
ORATIO Deus, qui errántibus, ut in viam possint redíre justítiae, veritátis tuae lumen osténdis: da cunctis qui christiána professióne censéntur, et illa respúere, quae huic inimíca sunt nómini ; et ea quae sunt apta, sectári. Per Dóminum.	MOLITVA Bože, koji zalutalima pokazuješ svjetlo svoje istine da se mogu vratiti na put pravednosti, daj svima koji ispovijedaju kršćansku vjeru, da odbace ono što se protivi ovome imenu, a da teže za onim što mu dolikuje. Po Gospodinu...

EPISTOLA Caríssimi: Obsecro vos tamquam ádvenas et peregrínos abstinére vos a carnálibus desidériis, quae mílitant advérsus ánimam, conversatiónem vestram inter gentes habéntes bonam: ut in eo, quod detréctant de vobis tamquam de malefactóribus, ex bonis opéribus vos considerántes, glorífícent Deum in die visitatiónis. Subjécti ígitur estóte omni humánae creatúrae propter Deum: sive regi, quasi praecellénti: sive dúcibus, tamquam ab eo missis ad vindíctam malefactórum, laudem vero bonórum: quia sic est volúntas Dei, ut benefaciéntes obmutéscere faciátis imprudéntium hóminum ignorántiam: quasi líberi, et non quasi velámen habéntes malítiae libertátem, sed sicut servi Dei. Omnes honoráte: fraternitátem dilígite: Deum timéte: regem honorificáte. Servi, súbditi estóte in omni timóre dóminis, non tantum bonis et modéstis, sed étiam dýscolis. Haec est enim grátia: in Christo Jesu Dómino nostro.	POSLANICA Čitanje Poslanice bl. Petra apostola (I 2, 11–19) – Predragi, molim vas da se kao stranci i putnici uzdržavate od tjelesnih požuda koje vojuju protiv duše. Vaše vladanje među nevjernicima neka bude dolično, da bi po onome zbog čega vas kleveću kao zločince, motreći vaša dobra djela, slavili Boga u dan pohođenja. – Stoga, pokoravajte se radi Boga svakoj ljudskoj uredbi: bilo vladaru kao najodličnijemu, bilo upraviteljima koje on šalje, da kazni zle, a zaštiti dobre. To je naime volja Božja, da neznanje bezumnika ušutkate dobrim djelima. Vladajte se kao slobodni, ali ne kao oni koji slobodom prikrivaju zloću, nego kao sluge Božje! – Poštujte svakoga, ljubite braću, Boga se bojte, poštujte vladara! Sluge, s dužnim poštovanjem pokoravajte se ne samo dobrim i blagim gospodarima, nego i zločestima. Ovo je naime milost u Gospodinu našem Isusu Kristu.
GRADUALE Allelúja ,	GRADUAL Aleluja,

allelúja. Redemptiónem misit Dóminus pópulo suo. Allelúja. Oportébat pati Christum, et resúrgere a mórtuis: et ita intráre in glóriam suam. Allelúja.	aleluja. Otkupljenje posla Gospodin narodu svome, aleluja. Trebalo je da Krist i trpi i uskrsne od mrtvih i da tako uđe u svoju slavu, aleluja.
EVANGELIUM Sequéntia sancti Evangélii secúndum Joánnem. In illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis: Módicum, et jam non vidébitis me: et íterum módicum, et vidébitis me: quia vado ad Patrem. Dixérunt ergo ex discípulis ejus ad ínvicem: Quid est hoc, quod dicit nobis: Módicum, et non vidébitis me: et íterum módicum, et vidébitis me, et quia vado ad Patrem ? Dicébant ergo: Quid est hoc, quod dicit: Módicum ? nescímus, quid lóquitur. Cognóvit autem Jesus, quia volébant eum interrogáre, et dixit eis: De hoc quaéritis inter vos, quia dixi: Módicum, et non vidébitis me: et íterum módicum, et vidébitis me. Amen, amen dico vobis: quia plorábitis, et flébitis vos, mundus autem gaudébit: vos autem contristabímini, sed tristítia vestra vertétur in gáudium. Múlier cum parit, tristítiam	EVANĐELJE Slijedi sveto Evanđelje po Ivanu (16, 16–22) – U ono vrijeme reče Isus svojim učenicima: »Još malo i više me nećete vidjeti, i opet malo, pa ćete me vidjeti, jer idem Ocu.« A neki od učenika rekoše među sobom: »Što je to što nam kaže: Još malo i i više me nećete vidjeti i opet malo, pa ćete me vidjeti, jer idem Ocu?« Pitali su: »Što znači to što kaže: Još malo? Ne znamo što time hoće da kaže.« – Isus je znao da su ga htjeli pitati, pa im reče: »Pitate se među sobom za ono što sam rekao: Još malo i nećete me vidjeti, i opet malo, pa ćete me vidjeti. Zaista vam kažem, da ćete vi plakati i tugovati, a svijet će se radovati. Vi ćete se žalostiti, ali će se vaša žalost pretvoriti u radost. Žena kad rađa, žalosna je, jer joj je došao čas, ali kad rodi dijete, više se ne sjeća

habet, quia venit hora ejus: cum autem pepérerit púerum, jam non méminit pressúrae propter gáudium, quia natus est homo in mundum. Et vos ígitur nunc quidem tristítiam habétis, íterum autem vidébo vos, et gaudébit cor vestrum: et gáudium vestrum nemo tollet a vobis.	muke od radosti, što se čovjek rodio na svijet. Tako ste i vi sada žalosni, ali ću vas opet vidjeti, pa će se radovati vaše srce i vaše radosti nitko vam neće oduzeti.«
OFFERTORIUM Lauda, ánima mea, Dóminum: laudábo Dóminum in vita mea: psallam Deo meo, quámdiu ero, allelúja.	PRIKAZNA Hvali, dušo moja, Gospodina! Hvalit ću Gospodina za života svojega! Pjevat ću Bogu svojemu dok me bude, aleluja.
SECRETA His nobis, Dómine, mystériis conferátur, quo, terréna desidéria mitigántes, discámus amáre caeléstia. Per Dóminum.	PRIKAZNA MOLITVA Po ovim nam otajstvima, Gospodine, daj da krotimo zemaljske želje i naučimo ljubiti nebesko. Po Gospodinu…
COMMUNIO Módicum, et non vidébitis me, allelúja: íterum módicum, et vidébitis me, quia vado ad Patrem, allelúja, allelúja.	PRIČESNA Još malo i više me nećete vidjeti i opet malo pa ćete me vidjeti, jer idem Ocu, aleluja, aleluja.
POSTCOMMUNIO Sacraménta quae súmpsimus, quaésumus, Dómine: et spirituálibus nos instáurent aliméntis, et corporálibus tueántur auxíliis. Per Dóminum.	POPRIČESNA Otajstva koja primismo, molimo, Gospodine, okrijepila nas duhovnom hranom i bila nam na tjelesnu pomoć. Po Gospodinu…

De eo, quod dixit Christus, Modicum & non videbitis me. 104

Ioan. xvi. *Anno xxxiij.* cxxij



A. *Hoc docuit Christus post institutionem Eucharistiæ.*
B. *Mors, et sepulcrum clausum significat modicum, quo non viderunt* IESVM.
C. *Apparet post resurrectionem, ita fit modicum, quo viderunt eum.*
D. *Ascensio Christi, quæ terminat modicum, quo ipsum viderunt.*
A. *Exponit* IESVS *hæc per similitudinem de pariente muliere.*